



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXXI. De effectibus exteriorius charitatis. Et primo de
beneficentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

tionem, & proximorum utilitatem. Et ideo misericordia, qua subuenitur defectibus aliorum, est sacrificium ei magis acceptum, utpote propinquius utilitatem proximorum inducens, secundum illud Hebraeo. ult. Beneficentiae, & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus.

AD SECUNDUM Dicendum, quod summa religionis christianae in misericordia consistit, quantum ad exteriora opera, interior tamen affectio charitatis, qua coniungimur Deo, praeponderat & dilectioni, & misericordiae in proximos.

AD TERTIUM Dicendum, quod per charitatem assimilamur Deo, tamquam ei per affectum uniti, & ideo potior est quam misericordia, per quam assimilamur Deo per similitudinem operationis.

Super quaest. vigesime prima. articulo primo.

IN q. 31. ar. 1. in responsione ad primum, colligitur, quod licet beneficere sit actus charitatis in quo libet, non tamen in quolibet est actus respectu cuiuslibet. Potest namque charitas Dei beneficere: potest etiam charitas hominis, & angeli beneficere: sed charitas creaturae non potest beneficere Deo, sicut nec est Deus potest beneficere sibi ipsi, quia nihil potest Deo boni accrescere.

¶ Tertiū, Vtrum magis coniunctis sit magis beneficendum.

¶ Quarto, Vtrum beneficentia sit uirtus specialis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beneficentia sit actus charitatis.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod beneficentia non sit actus charitatis. Charitas enim maxime habetur ad Deum: sed ad Deum non possumus esse beneficii secundum illud Iob 35. Quid dabis ei? aut quid de manu tua accipiet? ergo beneficentia non est actus charitatis.

¶ 2. Praeterea. Beneficentia maxime consistit in collatione donorum: sed hoc pertinet ad liberalitatem: ergo beneficentia non est actus charitatis, sed liberalitatis.

¶ 3. Praeterea. Quod quis dat, uel dat sicut debitum, uel dat sicut non debitum: sed beneficium quod impenditur tamquam debitum, pertinet ad iustitiam: quod autem impenditur tamquam non debitum, gratis datur, & secundum hoc pertinet ad misericordiam: ergo omnis beneficentia uel est actus iustitiae, uel est actus misericordiae: non est ergo actus charitatis.

SED CONTRA. Charitas est amicitia quaedam ut dictum est: sed Philosophus in 7. nono Ethicorum inter alios amicitiae actus ponit hoc unum, quod est operari bonum ad amicos, quod est amicus beneficere: ergo beneficentia est actus charitatis.

RESPON. Dicendum, quod beneficentia nihil

* q. 23. art. 1.
† li. 9. Ethic.
6. 4. tom. 5.

QVAESTIO XXXI.

De beneficentia, in quatuor articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de exterioribus actibus, uel effectibus charitatis. Et primo de beneficentia. Secundo, de elemosyna, qua est quaedam pars beneficentiae. Tertio, de correctione fraterna, quae est quaedam elemosyna.

CIRCA primum quaruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum beneficentia sit actus charitatis.

¶ Secundo, Vtrum sit omnibus beneficendum.

¶ Tertio, Vtrum magis coniunctis sit magis beneficendum.

¶ Quarto, Vtrum beneficentia sit uirtus specialis.

aliud importat, quam facere bonum alii. Item hoc bonum considerari dupliciter. Vt secundum eodem rationem boni, & hoc communem rationem beneficentiae: & hoc amicitiae, & per consequens charitatis. Nam dilectionis includitur beneuolentia, per quam aliquis bonum amico, ut supra habita est, facit: quae autem est effectiua eorum, quae uult, ut adfit: & ideo ex consequenti beneficentia actus dilectionis consequitur. Et propter hoc beneficentia, secundum communem rationem, pertinet ad aliquam specialem uirtutem, ut facit alteri, accipitur sub aliqua specialitate, sic beneficentia accipiet specialem rationem, ut pertinet ad aliquam specialem uirtutem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod dicitur quarto capitulo, de diu. nomi. Amicitia ordinata ad mutua beatitudinem, & iustitiam in superiora, ut ab eis perficiatur, & commouet ad inferiorum prouisionem: & hoc hoc beneficentia est effectus dilectionis. Et si frum non est Deo beneficere, sed cum hominibus ei subiicendo: cuius autem est ex his nobis beneficere.

AD SECUNDUM dicendum, quod bene donorum duo sunt attendenda, quae sunt exterioris datum: aliud autem est interius, quod habet quis ad diuitias, in eis delectationem, ut scilicet aliquis non supercedat in seculo, & amando diuitias: ex hoc enim diuitias facile emittitur diuitiarum. Unde si aliquod donum magnum, & tamen concupiscentia retinendi, datio non est ex parte exterioris dati, collatio beneficij generali ad amicitiam, uel charitatem. Unde derogat amicitiae, si aliquis rem, quam retinere, dat alteri propter amorem, sed non ostenditur amicitiae perfectio.

AD TERTIUM dicendum, quod si scilicet charitas respicit in beneficio collato, & rationem boni ita iustitia respicit in rationem boni: ita misericordia uero respicit in rationem misericordiam, uel defectum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod beneficentia non sit actus charitatis. Charitas enim maxime habetur ad Deum: sed ad Deum non possumus esse beneficii secundum illud Iob 35. Quid dabis ei? aut quid de manu tua accipiet? ergo beneficentia non est actus charitatis.

¶ 2. Praeterea. Beneficentia maxime consistit in collatione donorum: sed hoc pertinet ad liberalitatem: ergo beneficentia non est actus charitatis, sed liberalitatis.

¶ 3. Praeterea. Quod quis dat, uel dat sicut debitum, uel dat sicut non debitum: sed beneficium quod impenditur tamquam debitum, pertinet ad iustitiam: quod autem impenditur tamquam non debitum, gratis datur, & secundum hoc pertinet ad misericordiam: ergo omnis beneficentia uel est actus iustitiae, uel est actus misericordiae: non est ergo actus charitatis.

SED CONTRA. Charitas est amicitia quaedam ut dictum est: sed Philosophus in 7. nono Ethicorum inter alios amicitiae actus ponit hoc unum, quod est operari bonum ad amicos, quod est amicus beneficere: ergo beneficentia est actus charitatis.

RESPON. Dicendum, quod beneficentia nihil

ARTICVLVS II.

Vtrum sit omnibus beneficendum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod non sit omnibus beneficendum. Dicit enim Augustinus in 1. de doctr. christiana quod omnibus prodesse non possumus: sed uirtus non inclinat ad impossibile, ergo non oportet omnibus beneficere.

¶ 2. Praeterea. Eccles. 12. dicitur, Da bono, & non recipias peccatorem: sed multi homines sunt peccatores: non ergo omnibus est beneficendum.

¶ 3. Praeterea. Charitas non agit perperam, ad Cor. 13. sed beneficere quibusdam, puta, si aliquis beneficii inimicis, uel si beneficiat excommunicato, qui non communicat: ergo cum beneficere sit actus charitatis, non est omnibus beneficendum.

SED CONTRA est, quod Apodictum

Dum tempus habemus, operemur bonū ad omnes. **R**ESPOND. Dicendum, quod sicut supra dictū est, beneficentia consequitur amorem ex ea parte, qua mouet superiora ad prouisionem inferiorum. Gradus autem in hominibus non sunt immutabiles, sicut in angelis, quia homines possunt pati multiplices defectus. Vnde qui est superior secundum aliquod, vel est, vel potest esse inferior secundum aliud. Et ideo cum dilectio charitatis se extendat ad oēs, etiam beneficentia se debet extendere ad omnes, pro loco tamen & tempore. Omnes enim actus uirtutū sunt secundum debitas circumsantias limitandi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod simpliciter loquēdo, non possumus omnib. benefacere in speciali. Nullus tamen est, de quo non possit occurrere casus, in quo oporteat ei benefacere et in speciali. Et iō charitas requirit ut homo, etiam si non actu aliquibus beneficiat, habeat tamen hoc in animi sui preparatione, ut beneficiat cuiuscunque, si tempus adesset. Aliquod tamen beneficium est, quod possumus omnibus impendere, si non in speciali, talem in generali: sicut cū oramus pro omnib. fidelibus, & infidelibus. **A**D SECUNDVM Dicendum, quod in peccatore dno sunt, scilicet culpa, & natura. Est ergo subueniendum peccatori, quantum ad sustentationem naturæ, non est autem ei subueniendum ad momentum culpæ: hoc enim non esset benefacere, sed potius malefacere.

AD TERTIVM Dicendum, quod excommunicatis, & reipublicæ hostibus sunt beneficia subtrahenda, in quantum per hoc arcentur a culpa. Si tamen immineret necessitas, ne natura deficeret, esset eis subueniendum, debito tamen modo, puta, ne fame aut siti morerentur, aut aliquod huiusmodi dispensandum, nisi secundum ordinem iustitiæ, paterentur.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit magis benefaciendum his, qui sunt nobis magis coniuncti.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod non sit magis benefaciendum his, qui sunt nobis magis coniuncti. Dicitur enim Luca 14. Cum facis prandium, aut cenam, noli uocare amicos tuos, neque fratres, neque cognatos: sed isti sunt magis coniuncti: ergo non est magis benefaciendum coniunctis, sed potius extraneis, & indigentibus. sequitur enim: Sed cum facis conuiuium, uoca pauperes, & debiles &c.

¶ 2 Præ. Maximum beneficium est, quod homo aliquem in bello adiuuet: sed miles in bello magis debet iuuare extraneum commilitonem, quam consanguineū hostem: ergo beneficia non sunt magis exhibenda magis coniunctis.

¶ 3 Præ. Prius sunt debita restituenda, quam gratuita beneficia impendenda: sed debitum est, quod aliquis impendat beneficium ei, a quo accepit: ergo benefactoribus magis est benefaciendum, quam propinquis.

A ¶ 4 Præ. Magis sunt diligendi parentes quam filij, ut supra dictū est: sed magis est benefaciendum filiis, quia non debet filij thesaurizare parētibus: sed eōuerso, ut dicitur ad Cor. 12. non est ergo magis benefaciendum magis coniunctis.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in 1. de doctr. christiana. Cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi, quasi quadā sorte, iunguntur.

RESPOND. Dicendum, quod gratia, & uirtus imitatur naturæ ordinem, qui est ex diuina sapientia institutus. Est autem talis ordo naturæ, ut unumquodque agens naturale per prius magis diffundat suam actionem ad ea, que sunt sibi magis propinqua, sicut ignis magis calefacit rem sibi magis propinquā. Et similiter Deus in substantiis sibi propinquiores per prius, & copiosius dona suæ bonitatis diffundit, ut patet per Dionysium 7. cap. celest. hierar. Exhibitio autem beneficiorum est quedam actio charitatis in alios: & ideo oportet quod ad magis propinquos simus magis benefici: sed propinquitas unius hominis ad alium potest attendi secundum diuersā, in quibus sibi ad inuicem homines communicant, ut consanguinei naturali communicatione, concines in ciuili, fideles in spiritali, & sic de alijs. Et secundum diuersas cōiunctiones sunt diuersimode diuersa beneficia dispensanda: nam unicuique est magis exhibendum beneficium pertinens ad illam rem, secundum quā est magis nobis coniunctus, simpliciter loquendo. Tamen hoc potest uariari secundum diuersitatem locorū, & temporum, & negotiorum. Nam in aliquo casu est magis subueniendum extraneo, puta, si sit in extrema necessitate, quā etiam patri, non tantam necessitatem patienti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dominus non prohibet simpliciter uocare amicos, aut consanguineos ad conuiuium: sed uocare eos a intentione, quod te ipsi reuoluerent. Hoc enim non erit charitatis, sed cupiditatis. Potest tamen contingere, quod extranei sint magis inuitandi in aliquo casu propter maiorem indigentiam. Intelligendum est enim quod magis coniunctis magis est, ceteris paribus, benefaciendum. Si autem duorum unus est magis coniunctus, & alter magis indigens, non potest uniuersali regula determinari, cui sit magis subueniendum: quia sunt diuersi gradus & indigentiarum, & propinquitatis, sed hoc requirit prudentis iudicium.

AD SECUNDVM Dicendum, quod bonum multorum commune diuini est, quā bonum unius. Vnde pro bono communi reipublicæ uel spiritualis, uel temporalis, uirtuosum est etiam, quod aliquis propriam uitam exponat periculo. Et ideo cum communicatio in bellicis actibus ordinetur ad conseruationem reipublicæ, in hoc miles impendens commilitoni auxilium, non impendit ei tamquam priuatae personæ, sed sicut totam reipublicam iuuans. Et ideo non est mirum, si in hoc

deratised dicit quod licet non reddere illi rem suam, sed benefacere de illa alteri preponderanti. Aliud. n. est mal' vinculum vincere min', & aliud facere malū ut eueniant bonā: quod uidetur contingere aut ferēti priuata auctoritate ab existente in extrema necessitate.

¶ In eodem artic. 3. in rōsione ad quartū, respice quoque, quod licet filij magis diligantur absolute, quā parentes, in casu tamen necessitatis parentes sunt magis diligendi opere, & ueritate, propter unicum lum suscepti beneficii. Et eadem ratione magis relinquere debet coniuix, quā parentes, in articulo necessitatis.

¶ Super

q. 26. art. 9.

Lib. 1. c. 27. in prin. te. 3.

¶ Super quibus triginta mōsanda articulo hōsterium.

Ter. 3. eiusdem q. 3. in responsio ne ad tertium, notandum occurrit, quod autor cenet posse pōnere debito rethorici domino, proprio re hiam sibi necessitatem in extrema necessitate, debitum benefaciendi alteri et in extrema necessitate, ita quod si ego habeo panem Petri in extrema necessitate constituti, potest contingere, quod debeat illi panem magis dare iohanni etiam in extrema necessitate constituto, puta, si uita iohannis est, unde pendet publica salus: Petri autem mors panem, aut nihil damni affert. Ecclesia, seu reipublice et est etiam hoc satis singulare. Et aduerte quod non dicit, quod licet prius personæ auferre panem a Petro in extrema necessitate constituto, ut beneficiat alteri prepon-

præfertur extraneus coniuncto secundum caritatem.

AD TERTIUM dicendum, quod duplex est debitum. Vnum quidem quod non est numerandum in bonis eius, qui debet, sed potius in bonis eius, cui debetur, puta, si aliquis habet pecuniam, aut rem aliquam alterius vel furto sublatam, vel mutuo acceptam, siue depositam, vel aliquo alio simili modo, quantum ad hoc debet homo prius reddere debitum, quam ex eo benefacere coniunctis: nisi forte esse tanta necessitatis articulus, in quo etiam liceret ipsi rem alienam accipere ad subueniendum necessitatem patienti, nisi forte & ille, cui res debetur, in simili necessitate esset: in quo tamen casu pensanda esset vtriusque conditio secundum alias condiciones requisitas prudentis iudicio: quia in talibus non potest vniuersalis regula dari propter varietatem singulorum casuum, ut Philosophus dicit in 9. Ethicorum. Aliud autem est debitum, quod computatur in bonis eius, qui habet, & non eius, cui debetur, puta, si debeatur non ex iustitie necessitate, sed ex quadam morali aequitate, ut contingit in beneficijs gratis susceptis. Nullius autem benefactoris beneficium est tantum, sicut pariterum: & ideo parentes in recompensandis beneficijs sunt omnibus alijs præferendi, nisi necessitas ex alia parte præponderaret, vel aliqua conditio, puta, communis utilitas Ecclesie, vel reipublice. In alijs autem est æstimatio habenda & coniunctionis, & beneficij suscepti, quæ similiter non potest communi regula determinari.

Lib. 9. ca. 2. tom. 5.

AD QUARTUM dicendum, quod parentes sunt sicut superiores. Et ideo amor parentum est ad benefaciendum; amor autem filiorum ad honorandum parentes: & tamen in necessitatis extreme articulo magis liceret deserere filios, quam patres, quos nullo modo deserere licet, propter obligationem beneficiorum susceptorum, ut patet per Philosophum in 8. Ethicorum. cap. ultimo.

Lib. 8. circa finem libri tom. 5.

Super questio trigesima prima articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beneficentia sit virtus specialis.

IN articulo quarto, nota responsio nem ad vltimum, ut possis diuersitatem specificam peccatorum discernere, & præcipue maledictione, an odij, vel ire, aut vtriusque sint, prout vnum vitium imperat alteri, sicut per oppositum vna virtus imperat alteri.

Lib. 3. ca. 1. a medio, & lib. 1. ca. 9. & 13.

2. Præter. Vitia virtutibus opponuntur: sed beneficentiæ opponuntur aliqua specialia vitia, per quæ nocumentum proximo infertur, puta rapina, furtum, & alia huiusmodi: ergo beneficentia est specialis virtus.

3. Præter. Caritas non distinguitur in multas species: sed beneficentia videtur distingui in multas species, secundum diuersas beneficiorum species: ergo beneficentia est alia virtus a charitate.

SED CONTRA est, quod actus interior, & exterior non requirunt diuersas virtutes: sed beneficentia, & beneuolentia non differunt, nisi sicut actus exterior, & interior, quia beneficentia est executio beneuolentiæ: ergo sicut beneuolentia non est alia virtus a charitate, ita nec beneficentia.

RESPON. Dicendum, quod virtutes dantur secundum diuersas rationes obiecti: tunc est ratio formalis obiecti charitatis, tunc nam utraque respicit rationem obiecti boni, ut ex prædictis patet. Vnde beneficentia est alia virtus a charitate, sed nominat quod ritatis actum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non dantur de habitibus virtutum, sed de actibus. Et ideo diuersitas præceptorum non habet uerios habitus virtutum, sed diuersos actus.

AD SECUNDUM dicendum, quod omnia beneficia proximo exhibita, in quantum derantur sub communi ratione boni, ad amorem: ita omnia nocumenta in quantum considerantur secundum communem rationem, reducuntur ad odium. Prout autem caritas secundum aliquas speciales rationes boni, uel mali, reducuntur ad aliquas speciales uel uitia. Et secundum hoc etiam dicitur beneficiorum species. Vnde patet responsum.

QVAESTIO LXXXII.

De Eleemosyna, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de eleemosyna.

ET CIRCA hoc quaruntur decem.

1. Primum, Vtrum eleemosyna largitio sit actus charitatis.

2. Secundum, De distinctione eleemosynarum.

3. Tertium, Quæ sunt potiores eleemosynæ: Vtrum spirituales, uel corporales.

4. Quartum, Vtrum corporales eleemosynæ habeant effectum spirituales.

5. Quintum, Vtrum dare eleemosynas sit in præcepto.

6. Sextum, Vtrum corporales eleemosynæ sint danda de necessitate.

7. Septimum, Vtrum sit danda de iniuste acquisito.

8. Octauum, Quorum sit dare eleemosynam.

9. Nonum, Quibus sit danda.

10. Decimum, De modo dandi eleemosynas.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dare eleemosynam sit actus charitatis.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod dare eleemosynam non sit actus charitatis. Actus enim charitatis non potest esse sine charitate: sed largitio eleemosynarum potest esse sine charitate, secundum illud 1. ad Corinthios 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest: ergo dare eleemosynam, non est actus charitatis.